


Lorenz Bodock

Rector Universitatis Rostochiensis Laurentius Bodock, Ph. U.I.D. ... Ad ... Funera ... Viri ... Dn. M. Theophili Großgebahren/ Ministri Verbi Dei ad S. Jacobi Aedes fidelissimi Ut Et ... Foeminae Margaritae Steins. Coniugis ipsiusmet charissimae Quae Socer ac parens respective moestissimus Vir ... Dn. M. Johannes Stein/ Pastor ad templum D. Nicol. Rev. Ministerii Senior ac Poeta laureatus. Hodierna Hora Prima Solenniter ac honestissimae paratas cupit. Omnes Universitatis huius Cives ac Favitores ... invitat

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523450>

Druck Freier  Zugang



Bodock, L.,
in T. Grossgebur.

R. 1661.

36.

35

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
LAURENTIUS BODOCK,
Ph. U. J. D. Consiliarius Mecklenburgi-
cus. Academ. Orator, Colleg. Philos. Senior.
& p. t. DECANUS.

AD LUCTUOSISSIMA ET INSUPERATA FUNERA
VIRI
REVERENDI PLURIMUM, CLARISSIMI, PIENTISSIMI

DN. M. THEOPHILI



Großgebauren!
VERBI DEI ad S. Jacobi Aedes
fidelissimi
UT ET

Præclara, honestissima, laudatissimaq; Fœmina
MARGARITÆ Steins.

Conjugis ipsiusmet charissimæ

Quæ
Socer ac parens respectivè mœstissimus
VIR

VENERANDA DIGNITATE AC ÆTATE CLARISSIMUS
DN. M. JOHANNES Stein/ Pastor ad
templum D. Nicol. Rev. Ministerii Senior ac
Poeta laureatus.

HODIERNA HORA PRIMA
Solenniter ac honestissime paratas cupit.
Omnes Universitatis hujus Cives ac Favitores
peramanter ac officiosè invitat.

☉ (o) ☽
ROSTOCHII,

JOHANNIS KILII Acad. Typ. ANNO CURIÆ M. DC. LXI.



RECTOR
 UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS.
 LAURENTIUS BODOCK, Ph. U. J. D.

S. P. D.



Intemerata illa occultaque Fatorum series, quæ suos cuiq; adscribit cancellos, nostrorum cordium semet conformaret votis, nunquã luce hodiernã, tristissimi hujus conventus solennitas perageretur; Neq; VIR REVERENDUS ADMODUM, CLARISSIMUS, DN. JOANNES STEIN, tum exoptatissimo genero, tum desideratissimã filiã orbatus, cum suã integerrimã ac honoratissimã conjugē, in tam decrepitã ætate, acerbis profunderet lacrimas; Neq; dulcissima soboles tantã vehementiã expeteret, parentes suos dilectissimos, rarõ Exemplõ, vix non unõ eodemque tempore, sibimet præmaturã ac inopinatã morte præreptos. Neq; Civitas hæc lugeret ademptum sibi spectatæ probitatis ac eruditionis Ecclesiastem, ut & illius amantissimam ac fidelissimam Conjugē, Matronam morum integritate, fideq; sincerissimã insignem

At eheu!

Non semper ambulant eandem semitam

DEI

*DEI voluntas stabilis, atq; arbitrium
Mortale!*

Præter omnem expectationem ac spem, præter omnium bonorum desideria accidit, quod hoc probissimum par, recti semper conscius, delictum amicorum, dulce bonorum decus, vitæ dignum longissimâ, in ipso ætatis flore, ac intrâ eandem rarissimo exemplo septimanam, ex albô viventium sit pro dolor! erasum; O cladem irreparabilem! O dispendium Ecclesiæ acerbissimum! quod quis, nisi impietati ac flagitiis, animam suam devoverit, atquæ se totum malitiæ vendiderit, non inter summa infortunia, atquæ calamitates recenserebit; quæcunq; hanc Urbem ac Ecclesiam, uti pestilentissima sidera afflare potuerunt. Omnes me herculè universim boni; obitum Viri hujus de Ecclesiâ merentissimi, Theologi moribus, vitâq; integerrimi, VERBBI DEI MINISTRI fidelissimi; ut & Uxor ejus, ad Exemplū tenerioris sexus natæ excessum, lacrimis, suspiriis ac cordoliō mactant. Nullus reperitur, nisi quem ipsa crudelissima peperit ablactavitq; Tygris, & qui ferream ac ex sanguinem præsert frontem, qui duplicata hæc hodiè funera, tantò impensius non defleat, quanto gravius Ecclesiæ, Civitati, ac omnibus bonis, quanto quæ profundius vulnus inflixere. Nullus deniquè est, qui non nefandum, contraque omnem Christianæ charitatis sensum facinus autumat, tam præclaro Viro, si non præfenti comitatu, saltem animi affectu, non præstitisse supremum humanitatis officium; cujus præfentiâ, præter opinionem privati sumus, & quem aliquot diebus saltem, præcedens, unâ fermè cum illo, mundò hoc immundissimò excessit, fidissima ejus thori consors, ingensque fœminei sexus ornamentum. Plures verò reperiuntur, qui ob tam celerem tanti Viri ex hæc Vita abitum, ad profundam.

femet, DEI judiciorum abyssum gemebundi referunt, secretissimaque consilia divinæ providentiæ devotissimè venerantur; quæ huncce hominem maximis illustrem animi dotibus, Ecclesiæ adeò salutarem, ex hocce Mundo, quò ulterius dignus non fuerat, velut è putentissimâ scelerum sentinâ extraxit, & in pravorum vindictam, tam nobile pignus, quod Ecclesiæ benignissimè communicaverat, cælo natali redonavit; ad quæ abstrusissima, cum verè caliget humani ingenii acies consilia, ea nos satius religiosissimè miremur quam curiosius diutiusque rimari audeamus. Accquiescentes verò sanctissimo DEI placito; quo hic Religiosissimus ac Eruditissimus Vir, cum suâ dilectissimâ ac Virtuosissimâ uxore, rebus mortalium est exemptus; antequam ad solennes utriusque Exequias officiosè invitemus, utriusque vitæ ac mortis hystoriam, pro more veteri, candidè ac ingenuè recenseamus; ut vel ipsâ luce clarius appareat, quam inclitum, quam laudabile, quàm pium ac sanctum par amisimus. Auspicabor itaque ab ipso Viro Reverendo atque Clarissimo, DN. beatissimæ memoriæ M. THEOPHILO Grosgebaur / honorem tum principaliori sexui, tum sacro illius officio, quò gloriosissimè, & cum immortalī laude defunctus est, tribuendo; quamvis honestissima ac piissima Uxor illius, MARGARITA Steins / sanctissimâ sua morte, aliquot diebus illi præverit. Quia vero ipsemet beatissim⁹ DN. M. THEOPHILUS Grosgebaur / magnâ ex parte, propriò calamo, stiloq̄, simplici ac sincerò, ut ab omni fūco semper alienissim⁹, antè piissimâ mortē, curriculum vitæ suæ annotavit; ipsum jam à lectore benevolo legi, & quasi ex ipsius ore audiri permitto. *Qui redigit hominem ad minimum, & dicit Redite filii hominis (Psalm. 903.) is me ex misericordiâ, in gremio S. Ecclesiæ nasci fecit. An. post nativitatem Redemptoris nostri 1627. d. 24. Novembr.*

vembr. intra 6. & 8. matutinam, in Oppido Ilmen in Thuringiâ.
 Dilectus Pater meus fuit VALENTINUS Großgebaur | nunc Con-
 sul ibidem. Avus meus fuit CAROL Großgebaur | Agricola in
 Sultzâ in Comitatu Hennebergensi. Avia mea paterna ELISA-
 BETHA Stöpffershausen. Proavus Balger Großgebaur | simi-
 liter agricola, isq; latine lingua peritus. Mater mea dilecta, fuit
 MARIA Schmidin | quam tamen ego non novi. Extincta enim
 ante quam ego annum natus, in partu, unâ cum infante. Verba
 ejus ultima hæc fuerant Christus ist für mich gestorben und hat
 sein Blut etc & hoc ipso obdormivit. Avus maternus fuit FRI-
 DERICUS Schmidt | Collega Scholæ & Organista in Ducali Scholâ
 Schleusingen. Avia Materna MARIA Schmuck | Ejus Pater
 fuit MICHAEL Schmuck | Typographus in Schleusingen; Cujus
 nomen adhuc pluries commemoratur in operibus elaboratis. Cate-
 rum Avia Frater erat VINCENTIUS Schmuck | Theol. D. & Pro-
 fessor. Facult. Senior & Assessor. &c. Lipsiæ. At quid est natum,
 esse ex carne? Ex DEO natum esse præstantius est. Statim insertus
 sum Corpori DOMINI JESU per sacrum Baptisma. Testes baptis-
 mæ mei fuerunt, Illustris & Generosissima Virgo CATHARINA ELISA-
 BETHA, Comes Schvartzburgensis, Dominâ à Plauen & Reussen |
 Item DN. THEOPHILUS Gerre J. U. L. & Illustris. Comitæ à
 Schwarzburg Consiliarius Aulicus. Anno ætatis meæ sexto, intro-
 ducebar in Scholam Ilmensem patriam A. D. 1634. Postea frequen-
 tavi Scholam in Rudelstadt per sexennium. Inde Ilmam redii, ibiq;
 iterum per quadriennium literis operam dedi. Anno ætatis 16. misit
 me charissimus Pater meus in Scholam Arenstadensem ad DN. M.
 STECHANIUM. Anno ætatis 18. abii consentientibus Parentibus,
 cum JOANNE Calbitio ad loca peregrina, soli DEO confisus; pecu-
 nia enim me sustentare non poterat. Stralsundii vixi biennium, sub
 Rectore tunc Gymnasi Stralsundensis, DN. M. BAHRIO. A. D. 1648.
 non homo, sed DEUS me misit ad charam Universitatem Rostochi-
 ensis. Et hic tantum didici quantum potui, & DEUS mihi dedit

*Anno 50. Hactenus ipse piè defunctus. Curriculum verò
 Vitæ Conjugis ejus Optimæ, matronæ honoratissimæ
 quod attinet; illud ipsū, mœstissimi Parentis illius, Viri reve-
 rendæ dignitatis atque ætatis, DN. M. JOHANNIS Stein/
 Ministerii Venerandi Senioris propriâ dexterâ, inter pa-
 terna suspiria consignatum, hic inserere placuit, *Filiam eâ
 dilectissimam MARGARITA Steins / nata hic Rostochii horâs,
 matutinâ 2. Decembr. A. D. 1623. Parentes fuerunt. Pater M. JO-
 HANNES Stein / Pastor. Nicol. & Minister. Senior, item Poeta &
 Laureatus. Mater MARGARITA LOBECHLA, magni illius D. DA-
 VIDIS LOBECHII filia. Avus Paternus Hans Stein / Cerevisia-
 rius ap. Rost. Vir pius & à probitate suo tempore notissimus. Avus
 Maternus DN. DAVID LOBECHIIUS, Theol. Prof Rost. celeberrim9,
 Archidiaconus Jacobæus. Avia Paterna ANNA Denen / Matrona
 honestissima. Avia materna URSULA Schachtia / celeberrim9
 Theologi D. VALENTINI Schacht Professoris in hac Academ.,
 & Pastoris ad Aedem D. Jacobi meritissimi filia. Regenerata SS.
 baptisate hæc dicta MARGARITA, educata à piis parentibus piè,
 instituta fideliter in Catechismo magnos progressus fecit; in fide,
 verâ & pietate sincerâ excelluit præ multis aliis, S. Biblia legen-
 do, Cantica sacra elegantiori voce cantando, & aliis exercitiis do-
 mesticis incumbendo. An. ætatis 27. Conjugio fuit junctâ Juvēni Stu-
 diofo, Pio ac docto, THEOPHILO Großgebaur Thuringo; cum quo
 in Conjugio DEO & hominibus placente ab Anno 1650. in hunc usq;
 diem, jam per annos undecim vixit; imò vixerunt, nam uterque,
 quamvis non uno die, in Domino JESU CHRISTO Salva-
 tore, placidè obdormiverunt, & quidem Uxor Anno ætatis 38.
 Huc usque continuavi verba, afflictissimi Parentis, de
 suâ amantissimâ filiâ piissimè defunctâ expressa; cum
 quâ A. D. 1650. DEO sic dispensante; Vir plurimum Reve-
 rendus ac Clarissimus DN. M. THEOPHILUS Großgebaur /
 matrimonium Divinâ sanè benedictione plenissimum
 contra-**

contraxerat. Ex quâ conjugali fide & societate MARGA-
 RITA *Steins* / conjugem charissimum DN. M. THEO-
 PHILUM *Grosgebaur* / pulchrâ fecit prole parentē. Nempē
 A. D. 1651. 6. Sept. MARIA MARGARITA. A. D. 1653. 30.
 Sept. ANNA ELISABETHA A. D. 1655.
 JOANNE VALENTINO. A. D. 1658. d. 28. Martii THEO-
 PHILO, primâ autē Aprilis Annie jusdē denatō. A. D. 1659.
 d. 22. April. ELISABETHA, sed 30. Aprilis Annie jusdem
 defunctâ. A. D. 1660. Mense Julio CAROLO DAVIDE.
 Qui ab uberibus hactenus mellitissimæ matris, nunc à con-
 ductæ nutricis pendens, simul cum una filia primogenitâ
 MARIA MAGDALENA, & JOHANNE VALENTINO,
 orphanis tenellis ac ærumnosis, utroque Parente intrâ
 tam breve tempus eheu! destitutis, vivus & incolumis su-
 perest. Quos è tantæ bonitatis, honestatisque Parenti-
 tibus natos, Æternus ille JEHOVA, Paterque orphanorum
 misericordissimus, ab omni noxio malignoque sydere de-
 fendat. Importunus sum ego, si prolixiori elogio celebra-
 re allaborem, intimam illam animorum concordiam, sin-
 cerum illum affectum, illam fidem conjuga-
 le, quâ se hoc laudatissimum conjugū par perpetuò, & ad
 extremum vitæ halitum est complexum; & quæ tanta erat,
 ut una ambobus anima fuisse videretur. Hoc saltē Si-
 lentio præterire nequeo; quod in piè defunctam Conju-
 gem, piè defunctus maritus, unicam, post summum Nu-
 men, confidentiam defixerit, ipsique, libris, meditationi-
 bus sacris, precibus, canticisque devotissimis deditus
 familiam totam administrandam, sobolemque
 charissimam in DOMINO fideliter educandam, con-
 crediderit; quod, tam religiosæ Conjugi, curas ejus-
 dem non modico solatio semper levanti, dolorumque
 omnium fermè participi, sapiō quidem antè, sed præcipuè
 in lethali lectō, & ante ultimam vitæ metam, tam egregi-

um en-

encomium dederit, *Habui ego habui amantem DEI & Verbi ejus, formatricem prolis, & adjutricem fidelissimam.* Ingravescente ætate Senioris Soceri, Viri optimi, quem jure novè *αγαθὸν* i. e. commune bonu dixeris, observantissimo præcepti quarti, obivit vices ejus gener obedientissimus, DN. M. THEOPHILUS Großgebur, & in Templo Nicolaitanò eruditè ac piè, priorem Epistolam Joannis, priorem Petri, Epistolam Pauli ad Ephesios, Sermones CHRISTI ab Evangelista JOANNE consignatos, & liberatus a morbo tunc graviore, Psalmum Evcharisticum 103. interpretatus fuit. A. D. 1653. vocatus legitimè à DEO, & per suffragia Ecclesiæ, sine proprio ambitu, per quem non pauci, ad sacras spartas, sacrilego facinore properant, electus Catecheta & Diaconus ad Sanctam D. JACOBI Ædem; expriminequit, quoties in hoc officio per octennium fidelissimè administrato, quam accuratè, ex ipsa mente divinà, quanto cum studiò, Zelo, fructu, Catheseos Christianæ partes exposuerit? Norunt illi & liberè confitentur, qui ipsi, in timore ac amore DEI, cum desiderio salutis æternæ, benignissimas ac attentissimas aures præbuerunt. Extrà publicas Conciones, atque Sacramentorum administrationem, quibus non absolvitur sacrum munus, urgebat impensissimè examina privata, informationes domesticas, curam puerorum miserorum, rudium, & invisamundo potestatem disciplinamque Ecclesiasticam. Quantos ille labores in literis præcipuè sacris impenderit? Disputationes ejus & collegia tum Philosophica tum Theologica, quæ Magister Philophiæ, publicè in nostra Academià, A. D 1650. à Decano tunc facult. philosophicæ. Viro Reverendo plurimū ac Excellentissimo DN. AUGUSTO VARENIO S. S. Theol. Doctore. Professore Hebrææ ac Catheseos Christianæ celeberrimò renunciatus
insti-

instituerat luculentum exhibebunt testimonium. Præter, profundam Hebrææ imprimis linguæ & Commentariorum Rabbincorum notitiam, indagata suâ solertiâ scripta Hispanica, Italica, Gallica, Anglica, Belgica, suâ quoque linguâ propriâ intelligebat, ex illisque non pauca in idioma latinum & germanicum transferebat. Verum plura egregiâ ac insignia ingenii subtilis ac iudicii exacti specimina videlicet Expositio Psalmi 103. Eucharistici, Conciones funebres. Refutatio Socinianismi opposita Lucifugæ Anonymo. Publicè typis expressa die alte Religion; item treuherbige und nothwendige Anzeige / aus was Ursachen die vielfeltige Predigten / des Wortes Gottes bey Evangelischen Gemeinen so wenig fruchten. Demonstratio quæ sub prælo est, das die Schriften Moses der Propheten / und Apostelen wahrhaftig Gottes Wort sein / wieder die heutigen Athesisten &c. Commentarius Anti Rabinicus in Daniele, magno cum sudore elaboratus, & qui feliciter per DEI gratiam absolutus, lucem expectat, longè clarius, Viri hujus Doctissimi laborum cœlestium ac vigiliarum divinarum continuarumque, documentum suppeditabunt. Qui plura utilissimaque Ecclesiæ opera feliciter incepta absoluisset, nisi tantum lumen mundo ingratissimo, malisque hominibus, qui Virtutem illius æstimare aut non poterant aut noluerant, justò DEI iudicio præmaturè è consortio viventium exemptum fuisset; & nisi Divinâ voluntate, ad cœlestem commigrasset patriam, unde uti ingens pignus ac depositum in Ecclesiam transmissum fuerat. Qui dum viveret, fuit sincerus Ecclesiæ Antistes, atque fidelis animarum Pastor; fuit non vulgaris, aut quales in triviis, sed dexter in docendo, in iudicando acer, sincerus & apertus (quod reapse ipsemet toties expertus sum) in monendo, in moribus gravis, integer in vitâ. Fuit sedulus in omnibus officii partibus obeundis, diligens atque industrius, Conciones sacras non ex sui cerebri commento, sed ex limpidisissimis Israelis fontibus derivavit, deprompsit, omnes efficaciter contra omnis generis tentationes ac calamitates consolari, ipsisque saluberrima in sacrâ scriptura.

monstrare remedia non cessavit. Fuit Ecclesiæ lumen, Civitatis hujus ac Academiae ornamentum, ac non exiguum Augustanae religionis columen. Fuit Divini cultus acerrimus vindex, idea sanctitatis, perfecta morum norma, pulcherrimum Virtutum theatrum. Fuit pauperum refugium, afflictorum solatium, bonorum Voluptas, malorum excidium. Studia sua omnia, curas, sollicitudines, persequutiones, lacrimas, preces, vigilias, cum hominibus consuetudines, colloquia, consilia, cohortationes, totum denique se ipsum, communi omnium utilitati, adjumentis, ad aeternae salutis adeptionem, ac DEI OPT. MAX. gloriam, per frementem invidiam, per dentatam calumniam, pientissimo ac constantissimo pectore, ad ultimum usque vitae spiritum consecravit. Uti altissimae mentis Vir, obrectationem ac criminationem aliorum aspernabatur; nec simulatam sed genuinam possidens constantiam, omnem prorsus calumniam despiciatui ducere potuit, & vel in ipsius calumniae medullis, sentiens celsissimum illud gaudium caelitus sibi communicatum, mentis videlicet, quietem, & conscientiae in tuto collocatae securitatem; quae ubi est, ibi vera voluptas; ibi verae deliciae, ibi jucundissima tranquillitas

Hic murus abeneus esto

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpâ.

Omnes procacioris fortunae insultus ac impetus, intrepido corde excepit. Quos ne malos quidem nuncupans, sed ut immisos bonis a DEO, & ab ipso omnium auctore bonorum profectos, venerabatur ut flagella castigationis paternae cum delinquimus; colebat ut frenos ne delinquamus & ut gymnasia virtutum, exercitia fidei ac patientiae cordicibus amplectebatur; Ad quid jam de illius Castissima Uxore. MARGARITA Steins / dicam? Fuit illa mulier egregia specie & honestate, privatis, extra necessitatem, semet includens parietibus, domi curam gerens, nec temere vagari foras consueta. Fuit matrona summa prudentia & consilio praedita, liberorum amantissima, modestissima, & ab illarum putidissimarum foeminarum genio abhorrens; quae rebus suis non contenta demesticis, impli-

implicare se aliis, viri partes præcipere neque se illis morigeras præbere consueverunt. Fuit matrona cælo dignissima, quæ non in hoc cæno aut pulvere, sed in cælo præmium quæ sivit, & ab omni improbâ cupiditate pura ac sicca, ad coniectamunicam ignis divini scintillam tota exarsit, & DEI clementissimi cultum atque pietatem cæteris rebus omnibus semper anteposuit. Sed jam ad felicissimum horum piorum conjugum finem, oculos mentis convertamus; quorum uterque non mediocri corporis imbecillitate, ex mœrore animi sub variis persecutionibus & calamitatibus, pro gloriâ solius DEI Christiano pectore toleratis contractâ, per aliquot annos laborabat. Primum scilicet, Uxor beata, curis macerata, febriq; insuper acutâ correpta die 27. Junii decumbere cœpit; durante autem hoc morbo vehementissimo, omnia remedia salutaria ab Excellentissimo DN. D. JOANNE BACKMEISTERO, Collega & Amico nostro honoratissimo suppeditata respiciente, viresque paulatim prosterneute, non nisi de Marito sibi semper fidissimo & de liberis, quorum curam paulô ante obitum amicis, & inter eos matronæ cuidam piissimæ impensè commendavit sollicita, precibus sacris vacans, totam se Divinæ voluntati tradidit; quarto vero die Julii, hora X. matutina, acceptô è manu Reverendi plurimum DN. D. JOHANNIS QUISTORPII, SS. Theol. Professoris, Pastorisq; ad S. Jacobum vigilantissimi, extremo corporis & sanguinis JESU CHRISTI viatico, cum maximâq; devotione orans *O Jesu unbesiecktes Lamb / meiner Seelen Bräutigam / mein Seel erhebt den HErrn etc. Herzlich lieb hab ich dich o HErr etc. Stehe ich bin des HErrn Magd etc. Zion spricht der HErr hat mich verlassen etc. Fürchte dich nicht du Würmlein Jacob etc. Herzlich thut mich verlängern etc. Jesu der du meine Seele etc.* cujus ultimam Stropham ter canendo, religiosissimè repetiit. Ut autem hæc Psalmi 25. *Die Angst meines Herzens ist sehr groß* sæpius reiterata, & Psalmi 42. *Wie der Hirsch schreiet etc.* verba præteream, proximè antè ipsam ultimam vitæ paulam cum astantibus. *Allein zu dir HErr Jesu Christ etc.* devotissimè occinens, circa horam X. nocturnam, piè ac placidè sine allo doloris sensu, Anno ætatis suæ 38. expiravit. Sequebatur, Vir Reverendus DN. M. THEOPHILUS Großgebur / maritus ejus exoptatissimus. Qui, d. 1. Julii infirmari incipiens, eodemq; fermè morbi genere correptus, patienti animo inprimis amantissimæ uxoris obitum tulit, frustra q; omnibus remediis adhibitis, totumq; semet voluntati Divinæ committens, in hæc verba, castissimæ & probissimæ Conjugi valedicens, erupit. *Brevi jungemur uno hospitio cælo, & sepulchrò eodem,* verbaq; hæc, quasi divinò percitus æstro, futurorumque prælagus non semel postea repetiit. Die 5. Julii circa horam 9. Vespertinam, præviâ devotâ peccatorum confessione, corpore & sanguine CHRISTI JESU pretiosissimo ac sva-vissimo animam suam ad solâ cœlestia jam anhelantem *omniâq; terrena prosus fasti-dientem*

dientem refocillavit; de domo & liberis suis charissimis eodem modo quò Uxor dilectissima disponens; singulisq; suam paternam, vel satius divinam benedictionem impertiens, inter alios amicos, semper à latere, pium & ad servitia promptissimum Juvenem VALENTINUM Stein / Affinem suum impensissimè dilectum habuit: Illi jam decretoriæ horæ vicinus, cum de firmâ in Salvatore[m] fidelium fide interrogaretur, cordatissimè respondit *Jesus Christus ist der beste Arzt*. Interrogatus quid nam suis amicis relinquere vellet, respondit piētissima mente. *Das die allzumahl das gnädige Angesicht Gottes schauen.* Quæsitus, quidnam populo suo sibi cœlitus concedito voveret? respondit præsentianimo *JESUS führe sie und aus.* Tandem inter preces adstantium, inter plurimos psalmos, & ipsimet prælectos & ab ipso recitados, inter piissima cantica, quorum ultimum erat. *Mit Fried und Freud ich fahr dahin* / additâ Oratione Dominicâ, sensibus ad extremum usq; terminum integerrimis, circâ 2. pomeridianam, Anno ætatis 34. die 8. Julii, eoq[ue] ipso die (quò antè 246. annos Anno scilicet 1415. Constantans ille Veritatis confessor JOANNES HUSS, Constantiæ ad ignem condemnatus contrematusq[ue] fuit) relinquens concretû ac mortale corpus, nactusq[ue] liberum cœlum in illam sempiternam domum, de fortuna ipsâ de inimicis, de omnibus malis cum suâ laudatissima uxore triumphans, & in suavissimò æternitatis sinu conquiescens evolavit; postquam ultimam concionem ex Symbolo Apostolico de remissione peccatorum eamq[ue] Epphaticam absolvisset. Cujus obitu quantum cum Ecclesiâ perdiderimus, nondum proh dolor! in præsens capimus, olim decus amissum deploraturi. O sinistram luem humani ingenii, quæ non apprehendit fortunæ donaria fruendo. O Eximiam Virtutè æterni GROSGBAURII, quæ quam diu interfuit consortio univentium, tam diu gloria ejus, aut livore aut Malevolentia aliorum oberita jacuit, at sublatâ jam ex oculis, quæremus lugentes. Cum itaque piissimi Manes Viri hujus præclarissimè de Ecclesiâ promeriti, Conjugisq; illius, Matronæ honestissimæ, sexusq; fœminei ornamentis, solemnem tantum Exuviarum terrestrium, ad Dormitorium deductionem, à Nobis postulent; ad hanc, quotquot estis genuini Cives Academici, literatorumq; Fautores, dū vos humaniter & officiosè invitamus concurrite; Concurrite nunc ad tumulû GROSGBAURII jacentis, ut soliti estis confluere ad cathedram docentis. Convenite hodie horâ I. pomeridiana, ad ædem D. MARIÆ sacrâ, & hæc duo corpora vel satius piissimi animi conjugalisq; amoris diversoria, hoc ipso die, qui PIO sacer est, unî conjungenda sepulcro; quæ ne mors quidem ipsa separare potuit, stipatâ catervâ decentissimè deducite, similem autem ex hac vitâ exitum à summo Numine precibus ardentissimis flagitantes, ad similem, eundemq; pectus vestrum mature præparate.

P. P. sub Sigillo Recloratus die 11. Julii A. D. M. DC. LXI.
Gonvenietur in Templo Sanctissimæ DEIparæ, horâ primâ.



implicare se aliis, viri partes præcipere neque
runt Fuit matrona cælo dignissima, quæ non
præmium quæ sivit, & ab omni improbâ cupie
unicam ignis divini scintillam tota exarsit, & D
tem cæteris rebus omnibus semper anteposui
priorum conjugum finem, oculos mentis co
mediocri corporis imbecillitate, ex mœrore
calamitatibus, pro gloriâ solius DEI Christi
aliquot annos laborabat. Primum scilicet, I
insuper acutâ correpta die 27. Junii decumbere
vehementissimo, omnia remedia salutaria ab
BACKMEISTERO, Collega & Amico nostr
ente, viresque paulatim prosterneute, non ni
de liberis, quorum curam paulô ante obitum
piissimæ impensè commendavit sollicita, pre
voluntati tradidit; quarto vero die Julii, hora
rendi plurimum DN. D. JOHANNIS Q
Pastorisq; adS. Jacobum vigilantissimi, extrem
STI viatico, cum maximaq; devotione orans
Seelen Bräutigam / mein Seel erhebt den H
HErr etc. Stehe ich bin des HErrn Magd etc
lassen etc. Fürchte dich nicht du Würmlein Ja
etc. Jesu der du meine Seele etc. cujus ul
giosissimè repetit. Ur autem hæc Psalmi 29
gros scriptus reiterata, & Psal. 42. Wie der H
proximè ante ipsam ultimam vitæ paulsam c
Jesu Christ etc. devotissimè occinens, circa
fine ullo doloris sensu, Anno ætatis suæ 38. ex
DN. M. THEOPHILUS Großgebaur / ma
Julii infirmari incipiens, eodemq; fermè mor
inprimis amantissimæ uxoris obitum tulit, f
totumq; semet voluntati Divinæ committens
simæ Conjugi valedicens, erupit. *Brevi conju
eodem*, verbaq; hæc, quasi divinô percitus a
met postea repetit. Die 5. Julii circa horam
catorum confessione, corpore & sanguine
vissimo animam suam ad solâ cœlestia jam an

as præbere consueve
at pulvere, sed in cælo
icca, ad conjectam
ni cultum atque piete
felicissimum horum
uorum uterque non
is persecutionibus &
leratis contractâ, per
aris macerata, febriq;
te autem hoc morbo
o DN. D. JOANNE
o suppeditata respu
bi semper fidissimo &
eos matronæ cuidam
ans, coram se Divinæ
acceptô è manu Reve
S. Theol. Professoris,
anguinis JESU CHRI
fleetes Lamb / meiner
lich lieb hab ich dich o
er HErr hat mich ver
h thut mich verlangen
am ter canendo, reli
meines Herzens ist sehr
. verba præteream,
Allein zu dir HErr
urnam, pie ac placidè
bator, Vir Reverendus
tatissimus. Qui, d. 1.
eptus, patienti animo
us remediis adhibitis,
castissimæ & probis
bitio cælo, & sepulchrô
inque prælagus non se
n, præviâ devotâ pec
U pretiosissimo ac sva
iag, terrena prorsus fasti
dientem

